

Versus predictis correspondentes. 60.

redundat in ipsam. et in eum qui de ea natus est Jesum christum. viderit vestre beatitudinis sapientissima deuotio. Ad quod multiplicandem festiuitatum apud vulgus quod de labore manuum viuere habet suadeamus esset vrinam apud tales huiusmodi numeros festiuitatum minor. sicut in reformatioe hic in concilio notatum est. sed apud ecclesiasticos et de ecclesiasticis talia loquimur. dum de celebritate virginis coniugii Joseph cum maria. vel de ipsius felici transitu fieri sollemnitate exoptamus. Ad quid ista? Quatenus ita marie meritis et intercessione tanti tamque potentes et imperiosi quodammodo patroni/apud sponsam suam. de qua

natus est Jesus qui vocatur christus. reddat ecclesia unico viro vero et certo summo pontifici sponso suo vice christi. Nosque denique singuli/deo renascamur/felici natiuitate/hic per gratiam et in futuro per gloriam que est natale sanctorum. Intercedete te et si fas est dicere/quodam iure tuo iubente gloriosissime Joseph vir marie. de qua natus est Jesus qui vocatur christus.

Esti sex versus sequentes sunt quasi pro triplo. ad carmen illud. xvi. versuum. Generat illa dies/qui ponuntur in tertia consideratioe sermonis.

Felix illa dies/toto celeberrima mundo.
Sacra docens leta/qua scandit ad ethera virgo
Dater/et angelicos ciues superuolat omnes
Huc tibi virgo Joseph. Jesus et tua sponsa proinquum
Credere fas statuunt solum. tales ob honores
Concinimus /facite nobis hec gloria detur.

Alma redemptoris mater. cui lege superna.
Vir iustus virgoque Joseph cum virgine nupsit
Da celebrem/dignumque tuo psoluere cultum
Coniugio/fac nos purgatis sordibus omnes
Posse deo iungi/fidei qui federe puras
Desponsans animas. diuino germine complet
Portio nature. prestantior esse Maria
Credetur/hec celis/hec mundo dignior ipso.
Gratia nam superat naturam/gratia que se
Diuidit in reliquos. istam fontaliter implet.
Que clausit gremio/quem totus non capit orbis.
Olim/nam celi gabriel festinus ab arce.
Preradians alacer/torus iocundus in ipsam
Nazareth. urbem galilee mittitur/illuc
Desponsata viro/dauidis de stirpe Joseph qui
Dictus erat/clauso reperitur virgo Maria
Distiolo/cui dixit aue/cui gratia plena
Cui tecum dominus/gabriel que verba salutis.
Virgo silens cogitat/ animo turbata quousque
Puncius archanum. diuino sermone reterit.
Hoc natura stupet/stupet hocque ioseph reputas se
Hysterijs tantis indignum/voce modesta
Clamat/id vnde mihi quis sum? te deprecor a me
Horrexi domina/nec enim mihi nubere tecum
Fas video/ dum multa Joseph trepidus cogitaret
Soluatur in somnum/cui iussio celica dixit
Aude clare Joseph vxori trade virum te.
O nimium dilecte deo/cui sponsa frequenter
Blanda Jesum gremio posuit/fidenter adimus
Dunc thronum/residet vbi gratia saluificas nos.

Prosa in circuncisione domini

Vira Joseph iusti virtus/laus mira/mariam
Cui deus uxorem sociat/mirare sacratum
Secundum prolis cum virginitatis honore
Coniugium/faber o mirus/cui subditur ultro
Auroram et solem qui fabricat/huncq; benigno
Hominat ore patre tali quoc; gaudet alumno.
Regia stirps et sacra Joseph te reddit ab ortu
Claris insignem titulis/teleta decenter
Pauperies manuq; labor nutriuit/ob inde
Strenuus et liber ac psalmo teste beatus
Dinc vxor tua/tecum sicut vitis abundans
Te dominum/sponsumq; vocat.nos redde beatos

.E. Carmen eiusdem. de di

uersa immunitate a peccato christi et matris sue.

Nostram dignatus naturam suppositare
Filius eterne saluificare volens
Circulus vt fieret coniunctus ad ima supremum
Virginis esse satus absq; viro voluit.
Virgo caret culpa peccati/pena remansit/
Natus vtrunq; tenet artamen impariter
Virgo necessaria nature lege subisset
Culpam/ni dominus sanctificaret eam.
Sed caruit christus prima sub origine culpa/
Peccati/penam sponte subire volens.
At penis subiecta fuit non sponte maria
Quauis virtutis traxit ad obsequium.
Indignit redimi/non filius/ergo redemptam
Perfekte fieri/matris honor voluit.
Popula legitima fuit/et semen benedicti
Dore sacro potuit/festus et esse dies.
Omnia eam virtus primo decorauit ab ortu
Certatim dotes quelibet accumulatur.
Edocuit noster sermo vulgaris id ipsum
Totam qui pulchram magnificauit eam.

Prosa in circuncisione

domini composita per predictum egregium doctorem,
que cantatur in cantu. Veni sancte spiritus:

Apparuit hodie/mira virtus gratie que deum cir
cuncidit Nomen ei celicum nomen et saluificum. quod
est Jesus indidit.

Nomē salus homini/nomē quod os domini. ab
eterno nominat. Dudum matri numinis hoc et spō/
so virginis/angelus denunciat.

Tu nequam vim zabuli/ tu peccatum seculi/ no/
men sacrum superas Jesu nostrū precium Jesu spes
merentium/mentes salua miseris.

Quod deest in homie. supple tuo nomine. quod

est saluiferum. **T**ua circuncisio/cordis sit precisio.
efficax cauterium.

Sanguis fusus sordidos/lauet/riget aridos/me/
stis det solatium. **A**nni nunc initio bono pro ences/
nio/da te **J**esu premium. **A**men.

Fratres igitur charissimi/ad **M**aria exultantes/
sic deuote iubilantes dicamus vna pariter.

Maria maris stella.alma celorum regia **I**n hu/
ius mundi procella. **A**d nos virgo te inclina.

Hunc gaudes ac letare/que meruisti portare de/
um rosa speciosa super rosam tu formosa.

Tu es rosa singularis/sola rosa tu vocaris. **T**u li/
lum et viola. **G**audere plena fauis suavis.

Blanda caris/nulli grauis. **C**ordi nostro coniu/
garis/mentem nostrā alloquaris. fac vt spernamus
frivola.

Gaudere vnanis paradisus/in qua viget nostervi/
sus de quo surgit flos decoris. de qua fluit fons amor/
ris et omne quod est optimum.

Gaudere dulcis philomena. cuius vox amore pler/
na. tua suavis cantilena. laus sanctorum est amena.
et gaudium angelicum.

Gaudere rosis coronata/omni flore purpurata. an/
te thronum o decora/ dulcem prolem pro nobis ora
vt se nobis det in premiū. **A**men.

Dulcis virgo atq; mater. quam elegit deus pater
Aue plena gratia. **T**uum natū ora christum. vt coro/
net chorum istum. in perenni gloria. **A**men.

Incipit Centilogi
um de conceptibus Magistri Johannis
Bersonis Cancellarij Parisien. et eximij
professoris in sacra pagina.

Sequitur probemiū.

Conceptum
de virgine magnificantes

et implorantes cum illa que mente prius
q̄ carne cōcepit. **C**uius nomē sanctum/
qui de se per salomonē loquit in persona
sapiētie. **N**ecdū erant abissi et ego iam cō
cepta eram. **A**gemus pauca de cōceptib⁹
obediētes consilio **J**esu filij **S**yrac. **P**re
curre autem inquit prior in domū tuam
et illic aduoca te. et illic lude et age conces/
piones tuas. non in delicijs. et verbo sus/
perbo. **S**ic agebat assidue illa/ cui dictū
est per angelum. **E**cce cōcipies in vtero et
paries filiū. **N**am cōseruabat omīa verba
de filio/ conferēs in corde suo. **C**onferēs
gg.